UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Curiosis & stationariis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

De principibus agentium in rebus. Rubr. XXII.

LEX I.

AGentes. Finito labore agentium in rebus,
agens princeps agẽtium eſt crean
dus, nec poteſt ad aliquas publicas vel priuatas fun
ctiones vocari, niſi de Principis ſcientia, nec vexari
poteſt corã alio iudice, niſi corã Principe, nec patronus cauſarũ
poteſt ignorante Principe contra eum aliquid poſtulare, ⁊ con
trafacientes pena decem librarum auri puniuntur. h. d. iſta lex.

LEX II.

OMnia. Omnes agentes in rebus ſunt corã prin
cipe conueniendi, etiam ſi ſenatoria digni
tate prefulgeant, actus vero qui ſunt ſoliti expediri per
cetum ſenatus, expedientur per ipſum aliquo reſcripto ſurre
ptitio non obſtante, hoc dicit.

LEX III.

PRoconſularis. Princeps agentium in
rebus decoratur digni
tate proconſulari, hoc dicit.

LEX IIII.

EX agentibus. [a] Principes agentium in re
bus poſſunt habere domeſti
cos, quorum induſtriam, ⁊ fidem putant eſſe comproba
tam, licet illi domeſtici eodem officio ſepe functi fuerint, ⁊ ſi dicto
officio per xxv. annos ſeruire non poterunt corporis valetudine
impediti, ⁊ ob hoc ad honorariam dignitatem Principis bene
ficio tranſmigrauerint, iiſdem priuilegijs beneficij potientur, qui
1 bus factus Princeps agentium, hoc dicit. ¶ † Not. ex hac l. qd
qui corporis valetudine officium adimplere non potuit, ⁊ ob hoc
ad aliud officium aſpirauerit, ꝙ nihilominus fungitur priuile
2 gijs que competunt illis qui officium perfecerunt. ¶ † Ultimo
not. quod licet officium decurionum non poſſit nec debeat con
tinuari, tamen officium domeſticorum decurionum poteſt conti
nuari. Unde qui fuit familiaris vnius decurionis, poteſt finito
officio eſſe familiaris eius ſucceſſoris, quod not.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Adde Roma. in l. pen. no. xvj. vbi alleg. iſtum text.

LEX V.

HOs. Uicariane dignitatis titulis honoratur, qui
Princeps agentium in rebus, aut magiſter of
ficiorum eſt effectus. hoc dicit.

LEX VI.

PRincipes. Princeps agentium in rebus cin
gulo comitiue primi ordinis fun
gitur. Bartol.

LEX VII.

QUicunque. Militans in ſchola agentium,
ſi fuerit de corpore cohortaliũ
licet princeps agentium in rebus factus ſit, filium cu
rie obligatũ relinquet, ſed ſi ſuſceperit poſtquam Princeps fa
ctus fuerit, liber erit a curia. hoc dicit.

LEX VIII.

MUltis. Agentes in rebus conuenti nomine ſpor
tularum coram maioribus iudicibus ſol
uent vnum ſolidum tãtum executoribus. Apparitorib.
vero preſidis, vel alicuius vicarij tertiam partem ſolidi, fideiuſ
ſoreſque de iudicio ſiſti de eo nnmero dare poſſunt ⁊ ſi poſſident
immobilia in prouincia, vel in vrbe non ſatiſdant, ſed eorum iura
torie cautioni committitur nec conueniri, nec citari poſſunt, niſi
in ſcriptis. Pro ſcribendo vero reſcriptum Principis, vel libel
lum in libro iudicis, ſoluẽt executoribus ſolidũ vnum, ⁊ cũ exem
plum actorum petitur, ſoluent ſolidum vnum. Pro ſcribendo ve
ro epiſtolam citatoriam non vltra tres ſolidos. Si vero coram ar
bitris litigauerint ipſis arbitris vnum ſolidum tãtum, patrono
fiſci dimidium ſolidi, notarijs vero pro editione chartarum, ⁊ pro
toto negotio vſque ad finem peragendo dimidiam partem ſolidi
pro introducendo iudicio cum agunt coram iudicibus maiori
bus quatuor ſolidos, ⁊ ſi coram eiſdem conueniantur ſolidos
duos, ⁊ vltra quantitates predictas ſiue agant ſiue conuenian
tur, vexandi non ſunt. hoc dicit. [a] ¶ † Not. ex gloſſ. ſuper verſicul.
a iuratorie. in fin. quod licet poſſidens immobilia non teneatur ſa
tiſdare. hoc eſt verum quando poſſidet in loco, in quo cõuenitur,
ſed ſi poſſidet in alio loco, non ſufficit. Unde ſi quis conuenitur
2 Peruſij, non ſufficit ſi poſſidet immobilia Senis. ¶ † Item ex le
b ge iſta habes quod arbiter debet habere ſalarium a partibus. [b]

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Bene facit text. in l. omnes. ante medium de epiſ. ⁊
cler. in l. ſi quis autem per pecuniam. in authen. de ſanctiſ. epiſc. ⁊
not. Bart. in l. j. qui ſatiſda. cogan. ⁊ in l. pretorie. la vltima. ff. de
pret. ſtipu. facit l. qui pro filio. vt lega. no. cauea. ¶ Itẽ in eadem
ibi, ſolidos binos. Not. gloſſ. que hic vult quod pro rogatione, ⁊
etiam pro exemplatione poteſt notarius accipere mercedem. Ita
alleg. Roman. in no. v. in litera. n. Adde gloſ. ⁊ ibi dixi in l. argen
tarius. ⁊ ibi per Bartol. ⁊ Bald. qui allega. hunc tex. adde bart.
in l. in ſacris. de prepoſitis ſacris.
b ¶ A partibus. Adde Floren. in l. ſed ⁊ loci. §. in iudicio. ff. fin. re
gun. Sed ab extra quero, nunquid iſtud ſalarium erit aduenti
tium. Dic quod ſic, ⁊ ſibi acquiritur, ſed in eo patri debetur vſuſ
fructus. Ita not. Bald. in l. cum oportet. C. de bon. que liber. in
ver. idem in ſalarijs arbitrorum.

De curioſis, & ſtationariis. Rubr. XXIII.

LEX I.

a **CUrioſi.** [a] Denunciãs maleficia punitur ſi nõ
probat, ⁊ ideo alium pro delicto non
1 incarcerat. hoc dicit. ¶ † No. ex hac l. quod denũcia
tioni ſyndici ſimpliciter non eſt credendum. immo ve
ritas exquirenda eſt, ⁊ ſi falſum denunciauit ſcienter, punitur,
vel ſi parum probe mouetur, vt l. diuus. la ij. ff. de cuſtod. reo. ⁊ l.
b ĩ. de accuſat. l. ea quidem. [b] ¶ † Nota vltim. quod denunciatores
2 maleficiorum non poſſunt alios detrudere in carcerem, licet au
tem non poſſunt incarcerare, tamen malefactores fugientes poſ
ſunt ſub cuſtodia tenere, vt ff. de ſeru. fugi. l. penult. concor. j. eod.
l. fina.

ADDITIONES.

a ¶ Curioſi. Ad materiam huius text. ad de Ludo. Rom. in l. pe.
ff. ad Syl. ⁊ limita vt per Bald. poſt Butriga. in l. j. in princi. C.
de erro. aduo. vbi Iac. dicit ſe vidiſſe quod maſſarij cappellarum
obligati ad denuncianda maleficia ſepe neſciunt literas, ⁊ faciũt
ſibi ſcribi a quodam notario nomen delinquentis. vnde iudex nõ
debet punire maſſarium ſi reperitur error in denunciatione, niſi
conſtet quod falſo fecerit, ſed in dubio magis preſumitur error,
quam malitia argum. l. penul. C. de his qui ſi. adſcrip. Et adde
quod ſi falſo denunciet, punitur pena falſi. l. lege Corn. §. fina. ⁊
ibi Bartol. ff. de fal. punitur in expenſis, ſecundum Bald. in l. ſan
cimus. C. de iudi.
b ALEX. ¶ Hoc verum quo ad puniendum, ſed quo ad inquiren
dum faciunt fidem. Ita habetur in dicta l. criminoſi. ⁊ in capitu.
omni. ⁊ ibi Hoff. ⁊ Ioan. Andr. ⁊ Butrig. de teſtamen. ita habe
tur in dicta l. diuus. ⁊ vide Bart. in conſi. incipien. domino. Pa
pe. in fina. ponit, an fama cum dicto ſyndici denunciantis. faciat
indicium ad torturam, per quod credatur ſyndicis, eſt text. in ca
pitu. preterea. de teſta. quem allegat. Bald. ad finem. Specula. in
titu. de accuſatio. in fin. ⁊ tales appellantur teſtes ſynodales, vt
ibi, ⁊ xxxv. queſt. vj. epiſcop⁹ in ſynodo. ⁊ ibi ponitur forma iura
menti preſtandi per eos. ⁊ Innocen. in capit. nihil. de elect.

LEX II.

AGentes. Officium agentium in rebus eſt cu
ram habere ſuper euictionibus cur
ſus publici, portando pecuniam publicam per prouin
ciam, naues conducendo, ⁊ animalia ad ferendum annonam, ⁊ a
lius officialis de hoc non debet ſe intromittere, contrafaciens pu
nitur. ¶ Item pro animali in curſu publico non ducto non eſt li
citum officiali pecuniam accipere, contrafaciens quadruplum
reſtituit. h. d. Et quid ſit curſus publicus not. j. de cur. pu. l. j.

LEX III.

PEridtempus. Condemnatio prefecti fa
cta de agẽte in rebus eſt
nulla, niſi talis agens contra honeſtatem, ⁊ decus ſui of
ficij commiſerit: quia tunc grauius punitur.

LEX IIII.

a **AGentes.** [a] Agentes in rebus, ſinguli per ſin
gulas prouincias ſunt mittendi, qui
in euectionibus inſpiciẽdis curam tãtum habebunt, ⁊
nihil habebũt cum alijs iudicibus vel puincialibus, ⁊ alios illi
cite non vexabunt, de cauſis non cognoſcent, nec detrudent in
1 carcerem. hoc dicit. ¶ † Not. ex gl. vltim. huius legis quod aliud
eſt mittere in carcerem, aliud ſub cuſtodia detinere. facit de exa
ction. trib. l. ij.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Probat tex.in l.j.de cuſt.re.⁊ facit l.ſuccurritur. in fi.qui.ex cau.maio.⁊ vide Bal.in l.quoties.C.de exac.trib.⁊ gloſ. in l.qui neque. §.ſolutũ. de verb.ſignific. Alex. Carcerare aliud eſt,aliud cuſtodire. Tex.videtur in cõtrarium in l.aut,facta.in §. ſolent.de queſtio.vbi carcer ſit ad cuſtodiam. Ad idem.l.j.de priua.carceri.⁊ l.incredibile.C. de pen.quod eſt verum vbi ſit, alias eſt pena certa pro delicto. Secus vero vbi nulla eſſet certa pena, quia tunc diceretur carcer ad penam,non ad cuſtodiam.tex.in l. ſenatus.de iniur.⁊ in l.j.§.fin.de aleatoribus.⁊ Bart.in l.ſolent, ⁊ in l.imperium.de iur.om.iud. Cyn.in l.j.C.de infami.⁊ quid de iure cano.dic quod ad penam.tex.eſt in c.quamuis.de pen. in vj. ⁊ vide Roma.in litera,i,not.viij.

De palatinis ſacrarum largitionum,& rerum priuata. Rubr. XXIIII.

¶ Qui autem dicantur palatini,dic vt in gl.

LEX I.

PAlatini. Palatini pro capitibus eorum,⁊ iugis tantum penſionem fiſco ſoluunt,
1 ab alijs vero muneribus ſordidis vacant.h.d. ¶ † Nota quod onus capitationis non dicitur onus extraordinarium,neque ſordidum.

LEX II.

NUllus. Theſaurarius vel comes theſaurariorum ſemel repertus culpabilis ex officio iterato ad eandem militiam non aſpirabit,nec etiam aliã
2 acquirere poteſt.hoc dicit. ¶ † Not.hic caſum contra conſeruatores monete, quod ſi reperti ſunt fraudem commiſiſſe ad aliud officium,nec ad aliam dignitatem aſpirare debent.

ADDITIO.

ALEX. ¶ Uide Ange.in auth.de colla.§.iubemus.

LEX III.

PRiſco. Singulis annis vnus palatinus mitti debet ad regendum principatum domorum
1 Cappadocie,hoc dicit. ¶ † Not. hic gl.quod malus prelatus timet ſubditum bonum.

LEX IIII.

NIhil. Palatini nihil habent commune cum alijs iudicibus prouinciarum,ſed excepta reuerentia que eis debetur, non ſolum per iudices minores,verum etiam per maiores quilibet iudex dʒ in ſuo officio deſeruire.

LEX. V.

QUidam. Effectus princeps palatinorum, ad aliaʒ dignitatem conuolare non poteſt.

LEX VI.

AB officijs. Preſes,palatinis non poteſt iniungere aliquod ſordidum munus.

LEX VIII.

PLacuit. Palatini per prouincias tranſmiſſi anno elapſo cingulo,liberantur.hoc dicit.

LEX IX.

NOn aliter. Nullus officiũ ſacrarũ, vel priuatarum largitionum aſſumere poteſt,niſi mediãte Principis authoritate, vel annotatiõe.

LEX X.

PAlatinos. Palatini adiutores, ⁊ primicerij, officio finito,ſicut agentes in reb. a prebitione tyronum ceteriſque muneribus ſordidis immunes ſunt.hoc.dicit.Et not.gloſ.j.que dicit, de extrema parte pedis tibie,⁊ ſotularis.

LEX XI.

AD ſimilitudinem. Officiũ palatini qđ olim durabat biennio hodie anno cõcluditur, ſic ſcrinariorũ officium.

LEX XII.

VIros. In Ciuitate Conſtantinopolitana palatinus apud prefectum vrbis non compellitur litigare,niſi pro ſeruitutibus,domibus,vel annonis queſtio moueatur. In prouincia vero cognoſcit preſes cõtra palatinum, ſed in cauſa criminali contra eum non fert ſentẽtiam ex ſuggeſtione comitis,ſub quo militat palatinus,hoc dicit.

LEX XIII.

INter alias. Palatini primicerij, ⁊ tres ſcriniorum primicerij tribuni, pretoriani militari dignitate funguntur, ⁊ nulla poteſt eis iniungi neceſſitas publica,vel priuata.

LEX XIIII.

IUbemus. Palatini principes eiſdem priuilegijs funguntur, quibus palatini ſacrarum largitionum. Et ideo primicerij, ⁊ primates ſcriniorum Principis finito officio inter militares tribunos enumerantur, ⁊ nulla ſolicitudine negotij priuati vel pub.poſſunt vrgeri.

De ſtratoribus. Rubr. XXV.

LEX VNICA.

PEr omnes. Unus ſolidus ſtratoribus, id eſt, preſidentib. ſtabulis, Principis ſtipendij nomine dandus eſt, ⁊ in offerẽdo equos principi per prouinciales certa ⁊equalis forma ſeruanda eſt,que ſtatuta eſt, ſi aliquis prouincialis ſtratori dederit ob hoc quod non licet ei accipere,punitur, ⁊ ſi iudex hoc ſciẽs punire eum neglexerit,centum librarum auri pena punitur.h.d.
1 ¶ † Not iſtum tex.dum dicit ſi ſciens,q2 eſt caſus q,ſtatuti diſponentis quod iudex teneatur inquirere,⁊ punitur ſub certa pena omne homicidium facto ſuo tempore. Nam ita demum punietur
2 ſi ſciuerit factum eſſe. ¶ † Item[a] facit ad aliud,ſi ſtatutum dicit,
a ⁊ dat poteſtatem intra annũ cognoſcẽdi de maleficijs,intelligitur de his que ſunt clara.Et ita dixi in l.j.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſ.fue.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ De hac q.vide per bar.⁊ Ange.in l.fin.ff.ſi quis teſt. liber iuſ.fue. Bal.in l.eum qui.§.in popularibus.de iureiurando ⁊ per Bart.⁊ Angel.⁊ alios in l.j.§.occiſorum.ff.Ad Sylla.⁊ vide Bart.in l.genere.ff.de infam.in illa q.an ignoranti currat terminus,de qua in l.j.⁊ in l.quãdiu.C.qui admit.⁊ Bar. in l.caius, ff.de calumnia.⁊ in l.quinquaginta.C. de excuſa.tut.⁊ l.diuus. de cuſto.reo.⁊ l.ſemper.§.hoc interdum.quod vi aut clam.⁊ Joan. Andr.in c.non ſeruorum.de ſeruis non ordinan.⁊ per Bal.⁊ Salic.in l.ſi.C.de dolo.per Bald.in addi.Spec.⁊ in tit.de inſtru.edi. ⁊ in l.id quod pauperibus.C.de epiſco.⁊ cleri.⁊ l.ſi ideo. ff. de his quib.vt indig.⁊ in auth.cui relictum.de indicta vidui.tollen.⁊ in l.j.in princ.ff.de cadu.tollen.⁊ in l.captatorias.C.de teſt.mili. ⁊ in l.j.in ix.q.C.de inſti. ⁊ ſubſti. ⁊ in l.j.de priua.carce.⁊ in l.j. de his qui a latro.⁊ in l.j.de famo.libellis.⁊ in c.j.de prohibita feud.alie. per Loth.⁊ in diſputatione inci.q feneratori.⁊ per Ang.in l.ſi cũ exceptione.§.in hac.ff.q met.cau.⁊ in §.ſi quis rapuerit.in auth. de ſanc.epiſc.colla.ix.⁊ videas omnes,quia multa habes circa dictam q. Sed recordor eius quod not. Bald.in d.l.quandiu.dixit quod tempus a ſtatuto prefixum ad ponẽdum ſtatuta in memoriali non currit ignoranti, ⁊ idem tenet ipſe in l. item veniunt. in §.cum ante.de peti.heredi.⁊ in d.l.quinquaginta. ⁊ in l.penul.de peri.tut.⁊ Pet. de Ancha. in c.canonum ſtatuta. in verſi. alibi querit bar.licet Pau.de Caſt.in l.facta.§.bonorum.ff. ad Treb. dicat tempus currere ignoranti,ſed dari reſtitutionem.

De caſtrenſianis,& miniſterianis. Rubr. XXVI.

LEX I.

IN officio. Caſtrenſiani vel miniſteriani officio finito per lapſum biennij,alius ſubrogatur,ipſe autem ad aliud officium nullatenus eligetur,hoc dicit.

LEX II.

SI quis. Si vltimus inter miniſterios gradũ prime,ſecunde,vel tertie forme inter caſtrẽſianos fuerit adeptus ſcribendus eſt in matricula forme tertie,hoc dicit.

LEX III.

HI qui. Militantes in hac militia, ⁊ eorũ matres, ⁊ vxores non poſſunt conueniri in cauſa ciuili vel criminali,niſi ſub comite Caſtrenſianorum.

LEX IIII.

ANte omnia. Officialis Principis, ſumpti ſigillatim, annexi, corã illuſtri officiorum magiſtro, ipſi ⁊ eorum filij, ⁊ vxores conueniendi ſunt excepto in tributarijs, ⁊ munerum functionibus, ⁊ delictis